

- promouendo inhabilem præsumitur dispensare. Id tamen si
sit cum cause cognitione. n. 26.

27 Inhabilem princeps promouens, dispensare creditur, eis si inhab-
abilitatem ignoret, cum idem si inhabilitatem sciuisse fuisse
facturus. Idem etiam si saltet inhabilitate scire præsuma-
tur, num. 28.

28 Inabilitatem etiam a defectu naturali prouenientem, prin-
ceps promouendo dispensare præsumitur.

30 Beneficium infanti Papa conferens, dispensare præsumitur, ali-
quibus tamen ab hac opinione dissentientibus, n. 31.

32 Derogatio expressa iuris communis, an in Papa requiratur.

33 Habilem non dicitur princeps reddisse eum, quem in officio
iam existentem illud exercere permittit.

34 Banniti toleratio, & patientia principis, non arguit banni re-
uocationem.

35 Inhabilem non præsumitur dispensare princeps per substitutum
promouendo. Idem si existimare potuit eum ab alio fuisse
habilitatum, num. 36.

37 Inhabilem promouens princeps ob necessitatem non præsumi-
tur dispensare.

38 Inhabilem dispensare princeps censetur, quando rescriptum
aliquid aliud operari non possit.

39 Inhabilem non præsumitur dispensare princeps, faciendo quod
est fieri consuetum.

P R A E S V M P T. XX.

HIC locus opportunus est, ut disseramus quando
Princeps prouehedo inhabilem ad magistratum
& dignitatem presumatur iurisdictionem ei contulisse,
atque ita dispensasse, eumque habilem reddidisse.
Qua in re distinguendi, atque constituendi sunt aliquot
casus.

- Primus est, quando ~~†~~ inhabilitas fuit expressa in literis promotionis. Hoc in casu præsumitur principem dispensasse, & inhabilem illum reddidisse. Ita censuerunt Ol- drad. in consil. 328. num. 3. & in consil. 329. numero 2. Butrius in procœm. decretalium, col. 5. vers. vbi exigitur consentius. Bellamer. in concl. 363. & in concl. 727. Roman. in consil. 317. Felin. in cap. si quando, nume. 6. versic. dic ergo sic, & in cap. nonnulli, num. 12. de rescr. & in cap. cum vigelimum, num. 5. de offic. deleg. Ioa. de Selua in tract. de beneficio, in 3. parte, q. 8. nu. 40. Ant. Gabriel. in suis conclusionibus, lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 8. num. 2. Et receptissima horum sententia confirmatur magis auctoritate eorum, qui fortius dixerunt sufficere clausulam, ex certa scientia, qua de re statim dicemus. His constat ab hac recepta sententia male disensisse Calderin. in consil. 8. de rescript. & in consil. 22. de regula.

Secundus est casus, quando in **habilitas** non fuit ex-
pressa in ipsis literis promotionis, sed tamen fuit quidem adie-
cta clausula, ex certa scientia. Hoc in casu presumi etiam
dispensatum, & sufficere hanc tacitam expressionem in-
abilitatis, scripserunt glossi in c. **statutum**, in verbo, lite-
ratum, de re scripto, in 6. & in clem. 2. eod. tit. Card. Zadar.
in consil. 117. Bald. in l. **imperata**, col. 1. C. sent. rescin-
non posse, & in c. i. col. 1. per **quos** fiat inuesti. Rom. in
consil. 216. num. 7. vers. in quo **quidem**. Felix, in c. cum
vigesimum, nu. 12. vers. contraria **imputo**, de off. delega.
idem in c. si aliquando. col. 1. de **fententia**, excom. & in c.
cum inter, col. 1. de except. Cror. in c. i. num. 52. versic.
primus casus, de constit. in 6. & **Gramian** consil. 48. col.
vlt. in **civilibus**. Ceterum ab **hac** opinione dissentunt
3 permuli, qui verius existimarent, non presumi tamen prin-
cipem dispensasse super inabilitate ex sola clausula ex
certa scientia, nulla facta mentione ipsius inabilitatis.
Ita sane scripserunt Cald. in consil. 8. in tit. de regul. Oldr.
in consil. 325. col. 1. & in consil. 326. col. 1. & nu. 6. Fel. in c.
ponnuli, num. 12. de re scripto, & in cap. **præterea**, nu. 8.

de testibus cog. Io. de Selua in tract. de beneficio. par. 3.
quæst. 8. num. 48. & Ant. Gabr. in d. conclus. 8. num. 8.
lctribit, ita hodie obseruari. Idem sensit post alios Tiraq.
in tract. de nobilitate, q. 6. num. 24. cum dixit, q̄ si Princ.
ceps appellat nobilem eum, qui plebeius est, non presu-
mitur eum fecisse nobilem. Et horum quidem intentia
ea ratione p̄imum fulcitur, quod in dubio non presu-
mitur principem † velle uno momento subuertere legis
dispositionem, l. si quando, in prin. C. de inoffic. testam.
Clausula ergo † ex certa scientia, solum operatur circa
substantiam gratia, præsupposita personæ habilitate, &
circa verè ignorata clausula ex certa scientia nihil ope-
ratur, vt tradunt Bal. in l. impetrata, col. 3. C. sent. rescin.
non posse, & ad rem nostram bel. in c. cum inter, num. 5.
vers. intellige, de except.

Et præterea dispensatio super inhabilitate requirit iustam causam, alioqui non esset dispensatio, sed dissipatione, c. ex tenore, de temp. ordin. & post alios responderunt Curt. Senior in consil. 19. v. 1. colum. 2. vers. ag- gredior secundum. Brun. in consil. 15. num. 8. & Soc. lup. in consil. 120. num. 18. lib. 2. causa autem non præsumitur, cum sit quid facti, iuxta l. in bello, §. facta ff. de capl. & postlim. reuersi,

Tertius est *casus*, quando *inabilitas* ista non fuit
expressa in literis promotionis, nec etiam fuit adhibita
in literis ipsis illa clausula, ex certa scientia, sed tamen
constat principem scimusse a se promotum fuisse inabilitem.
Hoc in casu presumi super ea inabilitate dispensatum,
scripserunt Bart. in l. Barbarius, num. 12. ff. de off.
prætor. & in l. 2. n. 2. C. si seruus, aut liber, ad decur. aspira-
ra. l. 10. Bald. in l. Imperialis, §. similares, C. de nupt. Imol.
in l. quidam consulebat, col. 4. vers. sed verius, ff. de re iudic.
Beilameria in concl. 333. idem in concl. 797. col. 2. vers.
patet primum, & in concl. 795. nu. 6. vers. sed nunquid,
Rom. in conf. 216. num. 7. vers. aliquando vero. Abbas in
c. cum in cunctis, §. inferiora, col. 3. & in c. innotuit, col. 4.
de elect. Alex. in l. quidam consulebat, num. 8. & n. 10. ff.
de re iud. & conf. 138. nu. 17. lib. 1. Fel. in cap. p. a. tereā,
nu. 9. de testib. cogend. Ias. in l. Barbarius, num. 10. ff. de
offic. prætor. Ruin. in conf. 85. nu. 9. lib. 3. 10. Staphileus
in tract. da literis gratiar, in tit. de vi, & effectu clausula in
in verbo, subsequente, nu. 15. Puteus in decis. 448. lib. 1.
qui declarat, sic & Parisius in conf. 44. n. 15. & n. 18. lib.
4. Ant. Gabr. in suis conclusionibus, lib. 1. in tit. de præf.
concl. 8. num. 11. vers. tenendo primam, Crauetta conf.
958. num. 16. cum quo de eadem facti specie respondit
Soc. Iun. in conf. 60. nu. 13. lib. 4. Eandem sententia pro-
bavit eruditissimus Did. Couar. in cap. peccatum, par-
te 2. §. 8. vers. hinc etiam expendi. de regul. iur. in 6. Et
hos fecutus sum in conf. 421. num. 21. His constat hanc
affirmationem sanguinem et sibi credens forint nonnulli

esse receptam sententiam et si ab ea disserient nonnulli
congesti à Natta in consil. 492. nu. 29. & in consil. 420.
nu. 11. & communis illa sententia fulcitur primate xxi. l.
Barbarius, in s. f. de officio prætor. Barbarius Philipp.
quæ Suidas in dictione, ~~et~~ ^{opus} Barbium historiam enar-
ranc, appellat, cum seruus esset, Præturam Romæ gessit,
cumque detecta aliquando fuisset illius seruitus, dubi-
tatum fuit, an gesta ab illo rata essent. Diffinit Vlpianus
humanitate potius quam iure, ea fuisse rata, quæ gessit,
quandū seruitus latuit. Detecta vero seruitute iure ra-
ta fuisse omnia, cum populus ipse Romanus, & multò
magis princeps, Barbarum ipsum prætura fungentem
libertate donasse videatur. Hoc responsum doce & expli-

cant ex recentioribus Antonius Contius lib. i. dispnt.
iuris ciuilis, c. 2, Franc. Hotoman lib. q. questionum illu-
strium, c. 17. Antonius Costanus li. i. q. iuris, c. 17. & ad
iē nostā magis Crav. cor. l. 957 nū. 10. l. b. s. qui ostēdit,
ibi sc̄riptam tacitam i[n]abilitatis fauis superq. suisſe, ut
censeretur dispensatū. Hanc quoq[ue] sententiam probat
atex. liquidam consulebat, in fine, ff. de re iudic. vbi idem

Vlpius

- 8 Vlpianus respondit, quod t̄ pr̄etor, aut cōsul minor ius dixit, idcirco valet, quia princeps qui ei scienter magistratum dedit, omnia eum gerere decreuit, atq; ita minorem illum ad magistratum habilem reddidisse pr̄sumitur. Nec ibi inhabilitatis expressionem in literis requirit, vt declarat Crauet. in d. consil. 958. num. 13. post Oldra. consil. 325. in fine, ita pariter in l. quero, §. vlt. ff. de testa. tūt. seruus à domino scienter tutor datus, & libertatem, & tutelam obtinet. Pr̄sumitur enim libertate donatus, cum tutor datur, sc̄ etiam in l. idem Vlpianus. §. vlt. ff. de excusat. tutor. Cum princeps permittit tutori
9 vt alio domiciliū transmigret, à tutelā munere eum excusare voluisse pr̄sumitur. Est simile diffinitum in l. pen. C. de necess. seruis h̄ered. instit. vbi seruus h̄eres institutus, pr̄sumitur prius manumissus. Ita etiam in l. bonorum, C. qui admitti ad bon. poss. deb. respōsum est,
10 pr̄torem scienter t̄ decernentem bonorum possessionem pupillo, qui alioqui sine tuore agnoscere nō poterat, eum bonorum possessorē facere, cum pr̄sumatur impedimentum illud tollere. Est etiam simile, quod
11 dicimus, quod t̄ si miles sciens se habere filium, alium instituit, tacite filium exhaestedare pr̄sumitur, vt dicatur sustulisse impedimentum institutionis, l. sicut, C. de testam. milit. l. si patronus, in princip. & l. Paulus, §. vlt. ff. de bon. liber. & §. sed si in expeditione, in Institut. de exhaered. libero. Ex p̄dictis infertur recte sensisse illos, qui scripserunt, quod si Pontifex t̄ maximus scienter confert alicui beneficium, ob aliquod temporale, pr̄sumi cum eo dispensasse, quo ad peccatum simoniae. Ita Sylvester Prierius in summa, in verbo, simonia. §. 4. & §. 13. Petrus de Palude in 5. sent. distinc. 25. quāst. 4. Felyn. in cap. 1. de simon. & in cap. de cātero, colum. vlt. de re iud. Card. à Turrecremat. in cap. latorem, num. 1. q. 4. D. Soto de iustit. & iure, lib. 9. q. 5. art. 2. ad finem, & quāst. 8. art. 2. & Didac. in cap. peccatum. in 2. parte. §. 8. versic. hinc etiam, de reg. iur. in 6. & si ab his dissentiant Abb. in cap. 1. de simon. Adr. quodlib. 9. artic. vlt. vers. ad quartum. Io. Major in 4. sent. dist. 25. q. 3. colum. pen. & Caiet. in 2. 2. q. 100. art. vlt.
Hinc etiam recte censuit Abbas in c. 2. num. 3. de scisma. ex tex. in cap. pr̄terea, de testibus. & ibid. Fel. nu. 6.
13 quod Pontifex t̄ ordinādo scienter infamem, pr̄sumitur illum restituere famē, idem dixit gl. in cap. cum au- tem, 43. distinc. & illam secuti sunt Bal. in l. imperialis, §. si miles, C. de nupt. & Alexand. in l. quidam consule-
14 bat, nu. 8. ff. de re iud. qui & illud dixerūt, quod si Pa- pa sciens aliquem spuriū promouet ad episcopatum, pr̄sumitur eum eo dispensasse, & idem respondit Bar- bat. consil. 26. colum. 3. lib. 2. Ias. in l. Barbarius, numer. 13. ff. de offic. pr̄tor. Dec. in cap. si quando, numer. 5. de rescripto.
Idem etiam scripserunt fo. de Selua in tract. de bene- ficio, in 3. parte, quāst. 8. num. 3. 1. Paris. consil. 44. num. 13. lib. 4. Gigas in tract. de pensionibus quāst. 16. num. 12. & Quintilianus Mandosius ad regulam cancellariae, de idiorum, q. 5. num. 4. Rebuffus in praxi beneficio- rum, in tit. de dispēn. nu. 1. 7. Gramm. in decis. 8. nu. 8. Huc pertinet, quod tradit Cardinalis Jacobinus in tra- ctat. de concilio, lib. 4. tit. 4. num. 27. cum dixit, Pontifi- cem pr̄sumi dispensasse in criminē simoniae cum eo, quem certo sciuit emisse beneficium, idem de concessio- ne gratiae ad beneficia secularia, & regularia, in titulum, quod scilicet Papa sic scienter cōcedens dispensasse pr̄sumitur. Ita tradit Quintilianus Mandosius in tract. de signatura gratiae, in verbo, dispensationes.
Huc spectat quod scripserūt Iwok in elem. si Roma- nus, nu. 8. & ibidem apertius Bonifacius Vitalibus nu- met. 30. & num. 10. de p̄t. ben. quod si Ponifex scienter
15 confert beneficium t̄ cutatum, habēti aliud simile, pr̄sumitur dispensasse luper incompatibilitate. Hoc etiam

facit, quod respondit Roman. consil. 207. colum. 1. quod
16 Papa sciens impedimentum t̄ matrimonij, si concedit eos contrahere, dicitur dispensationem concedere, & Rom. secuti sunt Felyn. in cap. p̄t. tere, num. 9. de testib. cogen. Dec. in consil. 614. in fin.

Hinc respondit Ruib. consil. 85. num. 9. lib. 4. quod si
17 princeps promouet bannitum t̄ ad honores, & dignita- tes, ad quas alias assumi non possunt banniti, pr̄sumi- tur cum eo dispensasse. Sed quomodo procedat decla- rati in consil. 275. num. 49. 50. lib. 3. & accedit Sordus consil. 27. num. 17.

18 Huc facit, quod si princeps committit t̄ simpliciter causam, à qua leit bis suis appellatum, videtur appella- tionem admisisse, etiam si alias tertio non posset pro- vocari. Ita Butr. & Imol. in c. sua nobis, de appell. Alex. consil. 72. lib. 2. Ias. in l. Barbarius, num. 12. ff. de off. pr̄t. & Fel. in c. cum inter. nūm. 4. de except. Huc etiam perti- net, quod decidit Affl. in decis. 320. nu. 8. principem
19 concedendo scienter feudum monacho, t̄ pr̄sumi di- spensasse vt possit seruire per substitutum, & idem dici- mus quando mulieri concessit, consert quod respondit Bald. in consil. 248. Quāritur utrum colum. 1. vers. item d. donatio. lib. 1. Principem donantem sua concubinæ eam habilem reddere ad acquirendum. Idem respon- dit ipse Bald. in consil. 262. Recolo. lib. 1. versic. Pr̄terea quando Princeps, eod. lib. 1. repetitum in consil. 456. lib. 5. simile respondit Plotus in consil. 19. num. 51. Prin- cipem alienantem immobilia extero, & forensi censerit eum reddere habilem ad acquirendum, & ob id cesare hoc in Domino Mediolanensi dispositionem nouę co- stitutionis in tit. de poenis. §. collegijs.
Ceterum dubitari hic contingit, quomodo h̄ec prin- cipis scientia possit probari? Et probari posse confessio- ne ipsius inhabilis respondit Crauet. consil. 918. num. 18. Item testib. Crauet. numer. 18. & alijs modis quibus scientia probatur & pr̄sumitur, vt dicemus in fr. in fin. lib. 6. vbi de scientia pr̄sumenda agemus, & quando agitur de facto proprio principis, Crauet. d. consil. 958. num. 20.

Quartus est casus, quando princeps ignorans alicu-
20 ius t̄ inhabilitatem eum eligit, vel promouet, hoc in ca- su, an cum eo dispensasse pr̄sumatur, disputatio non est leuis. inter DD. Vna fuit opinio eorum, qui scripserunt,
21 dispensasse t̄ pr̄sumi, ita glo. in l. Barbarius, ff. de offic. pr̄tor. & communem esse opinionem testatur Rom. in consil. 216. nu. 7. vers. aut promouet. & ij quidem addu- eti sunt ex d. l. quidam consulebat, ff. de re iud. quā sim- plicer, & indistincte loquitur. Rursus promotionis causa creditur virtus, & probitas promoti, l. 1. §. credidit enim ff. de off. prefecti pr̄tor. ob quam quidem causam, satis est verisimile, quod etiam si princeps ipse sciuerit vitium, inhabilitatemque promoti, eum nihilominus promouisset, stante eius virtute & probitate, dict. l. Bar- barius, vers. & si sciuerit, ff. de off. pr̄tor. qui cōtrarium probat.

22 Altera fuit opinio eorum t̄ qui existimarent, prin- cipem non pr̄sumi hoc in casu dispensasse. Ita Innoc. in c. cūm dilecti, de electio. & ij quidem adducti sunt eodem responso Vlpiani in d. l. Barbarius, in fin. versic. & si sciiset, Dixit Vlpia. quod si populus Romanus sciuerit Barbarium illum Philippum seruum fuisse, & illum p̄t. tere decretuisset, eum liberum fecisset, sensus est quod tanquam erat populi Romani potestas, vt nō modo euehe- re potuerit seruum ad p̄t. tere, sed etiam si sciuerit esse seruum, & ei p̄t. tere decretuisset, liberum eum ef- fecisset. Ergo contra, seruus libertate donatus non di- citur, si ignoranter promouetur.

23 Tertia fuit opinio t̄ Rom. consil. 216. nu. 8. qui ita con- ciliādo p̄dictas opiniones distinguit. Aut certum est, quod si Princeps promouens sciuerit promoti vitium, &

inabilitatem, nihilominus eū promouisset, & tunc præsumi debet cum illo dispensasse. Ita procedit prima illa opinio, & ita intelligitur d.l. Barbar. in illis verbis, et si scisset, & simile. Rēctius dici potest, concessum censeri, quod verisimiliter concessuerit, si de eo fuisset interrogatus, gloss. in l. tale pactum, §. vlt. ff. de pact. Aut vero est dubium, quod si sciuisset princeps vitium, & inabilitatem promoti, nō forte promouisset, & hoc casu non præsumit dispensasse, ita procedat opinio Innoc. per tex. in c. si eo tempore, de rescr. in 6.

Extenditur nunc primò prædicta præsumptio, vt lo-
24 cum habeat etiā in inferiori à supremo principe, qui
tamen habeat facultatem dispensandi inabilem. nā &
is promouendo dispensare cum eo præsumit. Ita de ca-
pitulo canonico, quod certis in casibus potest dispen-
sare, scripsit Spec. in tit. de dispensat. §. sunt quoque, in
fi. Idem de episcopo, & cat. respondit Oldr. in cons. 329.
nu. 4. & 5. & cons. 331. nu. 3. ex c. eccl. 16. q. 1.

Et hinc docuit Bal. in l. eam quam, nu. 39. C. de fidei-
com. quod si comes Sabaudia scienter concedit feudū
spurio, præsumit cum eo dispensare, vt feudum retine-
re posset, quod alii non posset. Idem Bald. in cons. 248.
Quaritur vtrū, lib. 1. qui de duce Mediolani sic respon-
dit, & late Crav. consil. 258. num. 7. lib. 5. vbi de Duce
seu Marchione tunc Mantua. Et hæc quidem est magis
recepta sententia, et si ab ea dissentiat Nat. in cons. 402.
num. 6. & nu. 25. verl. & ex prædictis, qui recent Bald.
& alios, & aduersus Nattā de eadem facti specie inter-
rogatus respondebat præcitatō in loco Crau. & similiter in ca-
su sic etiam ego respondi in cons. 421. nu. 18. lib. 5. vbi
differui de legato factō à principe filio suo spurio, sic et
respondit Paulus Leonius cons. 12. Hæc tñ extensio in-
25 telligitur, & locū habet, qñ hic inferior à principe pro-
mouet hunc inabilem adhibita causa cognitione. Nā
illa necessaria videtur, vt dispensare præsumatur, ita gl.
1. in c. 2. de schismat. vbi Host. Io. And. Butt. Anch. Cat-
din. Abb. num. 3. & Io. de Anan. col. 1. idem scripserunt
Imola in l. quidam consulebat, col. 3. ff. dñe iud. & ibid.
Caltr. num. 8. vers. allegatur etiā ista lex. Fel. in c. præte-
rea, nu. 8. de testib. cogen. in c. cum inter., col. 2. in fin.
vers. in hoc posset infisti, de excep. Ias. in l. Barbarius, nu.
14. de off. prætor. Dec. in c. si quando, num. 5. vers. secus
est in inferiori, de rescr. Gram. in decil. 8. 1. num. 9. qui
communem esse opinionem asserit. His addo Ioan. de
Selua in tract. de beneficio, in 3. par. quæst. 10. nu. 24. &
Gammari in tract. de auctoritate legati à latere, lib. 10.
nu. 3. 4. Ita & Narar. in cons. 2. nu. 4. tit. qui filii sint le-
git. lib. 4. qui requirit expressam dispensationem.

26 Extenditur secundò, vt procedat, etiam si tñ princeps
ignoret inabilitatem promoti, si modo certum est, qd
idē fuisset facturus, si sciuisset eum inabilem. Ita Bart.
in l. 2. nu. 3. vers. ex quo nota, C. si seruus vel liber ad de-
curio. aspira. lib. 10. Imola in l. quidam consulebat, col.
2. vers. cum vero non requiratur, de re iud. Rom. in cons.
216. num. 8. vers. mihi autem. Ant. Gabr. in suis conclus.
lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 8. nu. 6. adducti omnes ex
1. Barbarius ibi, et si scisset, ff. de off. prætor.

27 Extenditur tertio, vt procedat non solum, tñ quando
princeps fecit verē eam inabilitatem, sed etiam quando
præsumit scire. Ita Bart. in d. 1. 2. C. si seruus, vel liber.
ad decurio. aspira. lib. 10. Paris. in cons. 44. num. 18.
lib. 4. Ant. Gabr. in d. concl. 8. nu. 16. & late Crav. cons.
95. nu. 21. & 22. vbi diligit contraria argumenta Nata-
ta dissentientis.

28 Extenditur quartò, vt procedat etiam tñ quando in
abilitas prævenit à defectu naturali, sicuti qñ Pontifex
Max. sciens aliquem esse in sanctem, vel puerum, ei con-
fert, vel conferri mandat beneficium. Nam cum eo di-
spensasse præsumitur. Ita Gemini. in c. si eo tempore, nu.
5. de rescr. in 6. & aperiens Bal. in l. imputata, num. 6.

C. senten. rescindi non posse, dixit, quod si Papa confert
29 beneficium tñ infantis coram se existēti, præsumitur cum
eo dispensasse. idem Bal. in c. cum adeo, col. 4. de rescript.
dixit, sufficere Papam exprimere aetatem imperfectam,
vt præsumatur super ea dispensasse, idem affirmarunt
Imola in l. quidam consulebat, col. 2. & ibi Alex. nu. 7. de
re iud. Barbat. consil. 26. col. 3. vers. & faciat, lib. 2. Rebus.
in præxi beneficiorum, in tit. de dispensationib. num. 14.
& Ant. Gabr. in suis conclusionib. lib. 1. tit. de præsumpt.
concl. 8. num. 8. & his accedit Bellamer. in decil. 728.
incipit, si existens, cum decidit, quod stante constitutio-
ne Pontificia, quod minor quam uidecum annis nō pos-
sit obtinere canoniciatum, & thesaurarium, si ipse sum-
mus Pontifex rescripsit pro eo, qui minor est ea aetate,
adiecta clausula, quod si thesauraria est dignitas, talis
dispenseret secum super aetate, præsumitur ex hoc dispen-
sasse super aetate, etiā quod canoniciatum. Et hanc sen-
tentiam visus est etiam sequi Fel. in c. cum inter., num. 4.
de excep. Idem scripserunt Io. de Selua in tract. de bene-
ficio, par. 3. q. 8. num. 42. & ibid. num. 43. secutus est Bel-
lamer. præcitatō in loco, & Gamm. in tract. de auctorita-
te legati à latere, lib. 10. num. 306. Eandem opinionem
probavit Oldr. vel verius alter ignotus nomine inter re-
sponsa ipsius Oldrad. in consil. 328. & 329. & 330. & 331.
& ego ipse notabili in casu sum secutus in consil. 421.
nu. 22. lib. 1. vbi retuli similem casum. Ceterum ab hac
30 traditione diffinet idem Oldr. in consil. 326. 327.
& consil. 322. num. 6. & 7. Hæc enim & superiora respon-
sa, in uicem contraria, de eadem causa redditia fuerunt, &
Bald. in c. 1. in princ. nu. 3. per quos fiat inuestitura, visus
est sequi Oldr. aperiens Calder. in consil. 8. in tit. de re-
scrip. cum respondebat, quod si Papa scienter confert bene-
ficium curatum aetate minori, non dñ cum eo dispensasse,
nisi adjiciat clausulam, ex certa scientia. Idem sensit
Crot. in c. 1. nu. 53. de constit. in 6. Existit oī tamen po-
strema huius opinionis rationes leues esse. nam prima
ratio, qua visus est Oldr. in d. consil. 325. num. 1. quod
31 requiratur in Papa expressa tñ derogatio iuris communi-
nis non est vera, quia satis est, quod faciendo actum iuri
eōi contrarium, ab eo recedat, vt in casu d.l. quidam con-
solebat, de re iud. non est etiam vera secunda ratio Old-
rad. in d. consil. 325. num. 2. quod in Papa disp̄sante cum
puero ad beneficia, requiratur causa. Non inquam est
verum, quia ad libitum potest disp̄sare, ex quo vitium
non est naturale. Non etiam obstat, quod idem Oldrad.
in consil. 326. nu. 14. inquit, hoc esse vitium natura, quod
tolli non potest. Et obid non esse in hoc Pontifici patē-
dum, dixerunt Ball. in c. cum adeo, nu. 10. de rescr. Fel.
in c. si quando, num. 4. cod. tit. & Io. de Selua in tract. de
beneficio, parte 3. quæst. 8. num. 44. nam respondetur, hoc
vitium, vel verius impedimentum non esse naturale, vt
tolli non possit, alioquin nec in casu d.l. quidam consulebat,
de re iud. dici posset dispensatum.

Declaratur primò hæc præsumptio, vt nō habeat lo-
cum, quando princeps facit aliquem aetatum positivum,
vt puta, quando scienter promovet aliquem ad officium,
vel beneficium, secus vero, si non adscit aetatus positivus,
vt si solum patitur aliquem iam in officio existentem il-
32 lud exercere. Nam tunc dicitur illum tñ reddidisse habi-
lem. ita Imola in l. quidam consulebat, col. 3. vers. aut prin-
ceps. de re iudic. Abb. in c. veniens, vers. quidam sunt
actus, de filiis presbyt. Socin. Sen. in consil. 99. col. 3. vers.
sed respondeo, lib. 3. Ruin. in consil. 85. nu. 9. vers. secun-
dus casus, lib. 3. qui exemplum afferit de bannito tolera-
to à principe. Non enim tñ sola hæc patientia arguit bā-
ni reuocationem, Ant. Gabr. in dicta conclus. 8. nu. 18.
His addo Felin. in c. præterea, num. 8. vers. quod actus,
de testib. cogen. Io. de Selua in tract. de beneficio, part.
3. q. 8. num. 49. & q. 10. num. 25. Conferunt, qua scripsi
supra lib. 1. q. 22. & similib. comprobant Ruin. præcitatō
in loco,

in loco, & ego ipse in consil. 275. num. 50. lib. 3.

Declaratur, secundò, vt non procedat hæc præsumptio
34 tñ quando princeps promovet per substitutum. Nā tunc
non præsumitur dispensare cum illo inabilis, ita respo-
dit Rom. in consil. 216. num. 8. vers. aliquando vero, qnē
secutus est Gramm. in decil. 8. num. 11.

Declaratur tertio, vt non procedat hæc præsumptio,

35 quando tñ princeps potuit existimare illum inabilem
fuisse ab alio habitatu, ut putata à principe suo, qui hoc
facere poterat. Ita Soc. Sen. in d. consil. 99. col. 4. vers. se-
cundo respondeo, lib. 3. Gabr. in d. concl. 8. nu. 19.

Declaratur quartò, vt non procedat hæc præsumptio
36 quando tñ princeps ob necessitate promovet inabilem.
Nam tunc non præsumitur cum eo dispensasse, & per
petuū habilem reddi. Ita Bart. in l. 1. in fin. C. qui &
a quibus, & respondit Ruin. in consil. 85. col. pen. vers. &
istud confirmat, lib. 4. quem secutus est Gabr. in d. con-
clus. 8. nu. 20. Exemplum afferit, quando urgente ne-
cessitate, vt quia nullus magis idoneus reperiabatur,
fuit inabilis promovut ad decurionatum. Et Ruin. se-
cutus sum in consil. 275. nu. 56. lib. 3.

37 Declaratur quintò, vt procedat hæc præsumptio, qnē
rescripta non posset aliquid aliud operari, secus si ēt
quid minimum operari potest. Ita Oldr. in consil. 322. na.
8. Rebus in præxi beneficiorum, in tit. de dispensat.
nu. 8. Gabr. in d. concl. 8. in fine.

Declaratur sexto, vt non procedat hæc præsumptio,

38 quando princeps facit tñ quod est fieri consuetum, sicuti
quando pontifex salutat excommunicatum, vele ei dat
delegatum, vel quid simile fieri solitum, non tamen præ-
sumitur eum ab illo usque ab excommunicatione. Clem. si
summus, vbi glo. in verbo, approbare, de sen. excom. &
Oldr. in consil. 228. num. 2. in fin. Confert text. in l. liber-
tus aduersus ff. de iniis vocā. quo loci annotavit Ang.
q. princeps dando iudicem delegatum supplicant, non
redit eum habilem ad agendum. Et Angelum secuti
sunt felin. in c. præterea, num. 7. vers. secundò dic, de te-
stibus cogen. Ruin. in consil. 85. num. 15. lib. 4. qui egregie
explicat, & Dec. in c. si quando, nu. 5. de rescr. & si eo
in loco aliter intelligat d. clem. si summus. Et Ias. quoq;
in l. Barbarius, num. 2. ff. de off. prætor. aliter interpre-
tatus est verba Angeli.

39 Quintus est casus, quando tñ princeps, qui promovit
inabilem non erat verus, & legitimus princeps, sed ty-
ranus manifescit, & notoriè. Hoc casu gesta ab illo pro-
moto inabilis valent, cum nec dicatur is dispensatus.
Ita declarando d. leg. Barbarius, ff. de off. prætor. do-
cuit Bald. in l. 2. num. 83. C. de seruit. & aqua. quem secu-
tus est Ruin. in consil. 48. num. 2. & num. 11. lib. 4. qui de-
clarat.

Iurisdictione, vel imperio alicui à principe delegata,
quando eius industria electa præsumatur, vt is alteri sub delegare
minime possit?

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 Delegatus à principe potest atem subdelegandi habere censetur.

Fallit si persona illius industria electa sit.

3 Delegati industriae electam esse, quibus constare possit.

4 Delegati industria in causa gravi, & ardua electa præsumi-
tur.

5 Imperium merum, vel etiam mixtum, comparissim alicui, non
potest alteri demandari.

6 Industriae personæ electam vis etiam verborum iudicatur, num.
7. 9. 10. 11. 13. 15. 16. C. 17.

8 Delegatus principis quando nō potest rite suas alteri delegare.

12 Verba gerimata quando aliquem parat effectum.

14 Visitare iussus personaliter, non potest per alium id facere.

18 Subdelegacionum partium conventione permitti, quando ab ip-
sorum partium voluntate uegetum dependeret.

P. R. A. S. V. M. P. T. XXI.

CV M princeps alicui iurisdictionem, vel imperium
mandat, is tñ delegatus potestatem subdelegandi
habere tñ iudice, C. de iudic. vbi latè Dd. Verum qn
delegatus electus est industria, subdelegare is non potest,
sicuti tradunt oēs in d. 1. a. iudice, & in c. vlt. §. vlt. de off.
deleg. Delegati autem tñ industria electa constare potest,
præsumptionibus, & conjecturis, ductis à qualitate
facti delegati, & à verbis ipsius delegationis.

Prima itaque est conjectura, & præsumptio, sumpta à
qualitate facti, sicuti tñ quā causa gravis, & ardua de-
legata fuit. Nā tunc præsumitur ita electa industria personæ,
vt delegare is alteri minime possit, c. is cui, de off.
deleg. in 6. Iason in l. more, num. 65. de iurisd. om. ind.
& scriptis in lib. 1. de Arbit. iud. q. 68. num. 15. & ibidem
num. 13. idem esse affirmauit, quando factum est varia-
ble, atque ita qn mandatur factum non determinatur,
ex c. vlt. §. vlt. de offic. deleg. Id quod docuit, & Bart. in
d. 1. vlt. ff. de divers. & temp. prescr. cum dixit procurato-
rem non posse alium substituere, quando factum sic in-
determinatum fuit ei commissum. Qua de re attingam
infra in præsumpt. 38. Idem Bald. in l. vnicā, §. non autem
nu. 7. C. de cad. toll. dixit, in facto non determinato, ce-
seri datum arbitrium illi mandatario, quod sane arbit-
rium alteri mandari nō potest. I. in compromiss. ff. de
arbit. J. consil. 89. num. 4. lib. 3. Narta in consil. 163. num.
10. & consil. 164. num. 22. lib. 1. Et hinc dicimus, magistra-
tus, quib. merum, vel imperium, vel etiam mixtum est comi-
ssum, non posse illud alteri mandare, cum ob causarum
grauitatem censetur electa illius industria, sicuti scri-
perunt Bart. & alij multi in l. in 2. notab. ff. de off. eius,
cui mand. est iurisdic. quo in loco Decius existimauit,
duo ibi concurre, gravitatem scilicet causarū, & personæ excellentiam, cum non nisi maioribus magistratibus
imperium hæc mandentur. Dicebam aliquando, quod
imò concurrat, & ibi verba, quibus constat electane es-
se personæ industria, nempe quod meri, & mixti impe-
rij causa, specialiter commissa sunt maioribus his magi-
stratibus, vt significant illa verba d. 1. de off. eius, ibi,
quæcunque specialiter, & c. specialiter, id est, nominati-
onem, vt recte exponit Alc. lib. 2. paradox. c. 3. n. 3. Cū au-
tem specialiter alicui demadatum est negotium, electa
censetur illius industria. l. inter artifices. ibi, specialiter,
ff. de solut. & mox dicemus.

Secunda est conjectura & præsumptio ducta à verbis,
vt si est actum, quod ipse faciat. Hos ad eos appellat
Bal. in l. vnicā, §. non autem, num. 6. C. de cad. tollen, for-
maliter insertos, hoc est, per datam formam. Et tunc ob-
viis tñ verborum censetur electa industria personæ, d.
inter artifices, ibi, specialiter, ff. de solut. Etenim (vt ad-
monit supra) idem dicere, specialiter, quod nominatio-
nem. Et idem est, ac si dixerit, quod suis manib. tñ id fa-
ciat, quibus verbis censetur electa personæ industria. ad
l. vnicā, §. non autem, vers. si vero talis erit verborum
C. de cad. tollen. Id quod affirmarunt, & gl. in c. quicū-
que, de heret. in 6. Bart. in l. probatorias, C. de erogat.
milit. anno. lib. 10. Ias. in l. si is qui pro emp. pp. 374. ff. de
visu. cum dixerint, quod si negacium fuit mandatum
alieu, vt si suis manib. exequatur, eius industria elec-
ta præsumitur, atque censetur. Idem quoq; scripserunt
Purpur. in l. 1. num. 15. 12. & ibid.